

13 Mandatum duas complectitur partes: quarum prior vetat ne Deum, spiritum illum incōprehensibilem, specie aliquā externā figuremus: altera ne ullas imagines religionis causā habeamus, nedum adoremus.

14 Sanctio mandati duabus circumscribitur partibus. 1. *Comminatione*; Deum cultus sui depravatoribus irasci, & illam sibi illatam injuriam in eorum posteris ulturum. 2. *Promissione*; Deum ritē se colentibus benedicturum, eorumq; posteris benefacturum.

15 Quæri hoc loco solet: An hoc præceptum secundum cum primo unum sit? Respon. Neg. quia diversa est utriusque præcepti sententia, ut patet ex nostra declaratione. 2. An hoc præcepto omnis imaginum structura prohibeatur? Respon. 1. Imagines struuntur vel oblectationis vel adorationis causa. Oblectationis, ut res gestas nobis in memoriam revocent, vitamque subinde jucundam reddant, & sic licitè fiunt. Adorationis, ut per illas Deum repræsentemus & religiosè colamus, & tum illicitè.

Deut. 31. v.

3.

Tilenus
disp. 40. de
2. Decal.
præcept.

16 Talis est internus pectoris cultus: Externus oris est, professio sc. & licita nominis divini assumptio.

A V